UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De Stupro, par. 8

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

brino. An ſatis ſit dicere, commiſi inceſtum ſodomiticum? Reſpondeo, in noſtra ſententia probabili, non eſſe neceſſariò explicandos. Ratio eſt, quia omnes ſunt ejuſdem ſpeciei, & ſolum ſecundum magis, & minus in eadem ſpecie differunt: id quod, ut diximus n. 48. notat quidem majorem; minoremve gravitatem, ſed nequaquam ſpecie diſtinctam.

§. 8.

De Stupro.

55 STuprum eſt concubitus viri cum virgine fœmina, eadem repugnante. Quando ea conſentiente, ex probabiliſsima ſententia, eſt ſimplex fornicatio. Unde ſequitur ſtatum virginitatis non eſſe neceſſe in Confeſsione explicare, virgi-

co-

conſentiente: quem, illa repugnante, explicare oportebit.

56 Pari ratione, ſodomitica copula cum eadem conſentiente eſt mera ſodomia; unde nec ibi ſtatus virginitatis eſt declarandus.

57 Cum ſe virgo polluit, vel delectatur, &c. non facit niſi peccatum mollitiei, de quo diximus ſupra §.4 nu.19. nam propterea ſuam virginitatem explicare non obligabitur.

58 Ad expediendam Confeſſionem facit ſcire obligationem, quam contrahit ſtuprator. Dico ergo, cum virgo defloratur, ipſa conſentiente, nihil nec ei, nec parentibus debet, deflorator. a At ſi vi, vel fraude, vel promiſſione virginem, quis defloravit: ſanè tenetur vel dotare, vel ducere, ac ſolvere quod promiſit.

a *Leſſ. l.2. c.10. du.1.*